x

Sigismundus in Czyzow Czyzowski Dei et Aplicæ Sedis gra'a Epus Lacedæmonien'
Suffraganeus Plocen' Gnesnen' Plocen' Decanus Præptus Pultouien'
Canonicus Varsauien' Sacræ Regiæ Mtis Secretarius.

Vniuersis et Singulis quorum interest tenore præsen' notum facimus. Quia Nos Diuino adiuti auxilio Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Quarto Sabbatho Sancto quæ fuit duodecima Mensis Aprilis in Ecclesia Collegiata Varsauien' Diœcesis Posnanien' ex admissione Officij Ordinarij Omnes tam minores quam Sacros Maiores Ordines intra Missarum solemnia pro Illmo et Rmo Dno Dno Ioanne Gembicki Dei et Aplicæ Sedis gra'a Epo Plocen' conferen' Dilectum Nobis in CHRISTO Perillrem et Admdm Rndum Dnum Vladislaum Krasinski Diœcesanum Plocen' iuxta præscriptum Sacrosancti Concilij Tridentini et ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ per examen habilem et idoneum repertum Diaconum ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promouimus Ordinauimus et Consecrauimus, promotumque Ordinatum et Consecratum hisce attestamur. In quorum fidem præsentes manu Nra Subscriptas Sigillo Nro communiri iussimus. Datum Varsauiæ Anno Mense die et supra.

Sigismundus in Czyzow Czyzowski
Epus Laced' suffr' Ploc' mppa